



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvit̃s, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

95. Fer. 5. Christus vetans se defendi, Magister Patientiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

156 FERIA 4. DOM. 3. QUADRAG.

oblatuſ eſt, quia ipſe voluit. 3. Quia habuit
potentiam in illam: ſi enim voluiſſet, pluſ
quàm 12. legionibus Angelorum eam reje-
ciſſet, neque ipſa unquam Chriſtum vincu-
liſ, flagriſ, ſpiniſ, claviſ, cruce, lancea in vaſi-
ſet. Reſignabo horam mortis meæ in poten-
tiam, ſcientiam, & voluntatem Dei.

Conf. 3. Quantuſ fuerit in D. IESU appe-
tituſ patiendi pro nobiſ: quidquid enim tota
tenebrarum poteſtas contra eum machinata
eſt, totum ſimul ſumptu horam tantum vo-
cat: quomodo ergo paſſio mea mihi quædam
æternitas apparet, & chaos impermeabile?

MEDITATIO XCV.

FERIA 5. DOMIN. 3. QUADRAG.

*Chriſtuſ vetans ſe defendi, Magiſter
Patientiæ.*

Aſpiciam Dominum Patientiæ Magiſtruſ:
cùm enim vincere patientiã inauditum,
tam novæ artiſ magiſtro & exemplo fuit o-
puſ Deo. Petam agnoſcere modum gerendi
me in adverſiſ.

Conf. 1. Chriſtum D. reſutantem Petri ze-
luſ non ſecunduſ ſcientiam: quia temera-
riuſ: periculo enim expoſuit & ſe, & Chri-
ſtum, quamvis hæc Petruſ non conſiderave-
rit, affectu abductuſ, itaque ſequentibuſ
cum rationibuſ reiicit.

I. Cor.

1. Consilia mala non sunt acceptanda, quale fuit Petri ab injusto : quia non licet privatâ auctoritate contra ministros Iustitiæ agere damno suo : *Omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt.* Concludâ ego hinc, nolle me unquam gladio ferire legem, ut contra eam agam, vel contra Superiores.

2. Ab impossibili : ubi enim non est spes salutis, non est facienda defensio : hic spes nulla est, quia voluntas Dei obfistit : *Calicem quem dedit mihi Pater, non vis ut bibam illum ?* Ioan. 18. Hæc sola verba deberent mihi esse mater omnis Patientiæ. Mene ut Deus Pater melius habeat, quàm Filium suum ? filia medici infirma, quòd ignara quæ sibi profutura essent, nihil à Patre petit, ne in Patrem peccet : qui si venam aperiat, multumque sanguinis emittat, illa vultu ad Patrem flexo submissè dicit : Multum me Pater amat, cujus tota sum. Sic oculi mei semper ad Dominum, etiam dum calicem amarum porrigit : quia amoris est.

3. Ab impertinenti : An putas, quia non possum rogare Patrem meum, &c. *Superfluum erat, ut, qui nolebat prasidio Angelicarum virtutum iurari, vellet se unius discipuli oppositione defendi,* ait D. Leo ser. 6. de Pass. D. Egone qui majora propter Deum reliqui, mundum totum, ut minora non deseram ?

4. A præ

158 FERIA 6. DOM. 3. QUADRAG.

4. A præjudicio prophetiæ: *Quomodo ergo implebuntur scriptura, quia sic oportet, fieri?* Matth. 25. talia oportet evenire. Quod scripturis debeo, solvam, præsertim Passioni Dominicæ, ut SS. ejus affectibus implear, et subijciar: Calicem à Patre præparatum accipiam: nam & hoc modo implebuntur Scripturæ, si etiam minora propter Deum feram, si in omnibus justificationibus exercear, dicendo ad omnem inspirationem Dei: *Quid sic oportet fieri.* Ideo *Patientia Domini in Malcho vulnerata est,* ait Tertull. de Pat.

MEDITATIO XCVI.

FERIA 6. DOM. 3. QUADRAG.

De Fuga Discipulorum, fuga adolescentis, captivatione Christi.

Aspiciam D. IESVM ab omnibus derelictum, manus in vincula porrigentem. Petam declinare fugam Discipulorum, amare fugam adolescentis, & vincula Christi.

Conf. I. Quomodo tunc relicto eo omnes fugerunt, non quando manus injectæ in IESVM, sed quando tantum dixerat: *Hec est hora nostra.* Proh! ad quam pudendam fugam timor impulit Apostolos! itane Dominus, Pater, Magister, & Dux meus, omnique bonum meum derelinquitur? fugiunt infelices arma inimicorum, sed non effugiunt stimulum,